Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

frigidis et humidis complexionibus com-
petit : et proprie senibus quia in eorum corpo-
ribus cito in sanguinem convertitur. ca-
lidis vero et proprie in estate convenies
est. quia cito in coleram mutatur humo-
res. Mel quidem coctum melius est melle
crudo, quia crudum ventositatem
et inflationem generat, et cito penetrat
et velociter nutrit : et prodest suffoca-
tioni facte ex fungis venenosis. Et
mel in suis virtutibus diversificatur
secundum diversitates florum herbarum
et foliorum super quos cadit ros, quem
apes recolligunt. Acquirit enim ros qua-
litatem herbe super qua stetit in nocte
ante quam ab apibus colligatur. Et ideo
mel regionis bonarum herbarum et arborum,
melius est melle regionis malarum.
Et mel si calefactum cum oleo rosato
bibatur, competit morsui vermium
venenosorum, et ei qui bibit opium. Et
eius comestio morsui canis rabidi au-
xilium prestat. Mala granata i. 6 ca.
de granato. Mala arantia. in c. ca. de

No. ad morsum vermium ve-
nenosorum, et canis rabidi.